



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma. 13. Puer puero gratiam adspirat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

*Epigram. II.*

**B.** Virgo & Christus Ioannem suæ  
lucis appulsu illustrant.

**A D I O A N N E M.**

**S**ol, & Luna sacrum puer decus adflat & ignem  
His puer ex astris Phosphorus alter erit,  
Pulcher vterque ruis oculis adspirat honores  
Sidereos ; & adhuc te iubar esse negem ?  
Sol, & Luna, quibus nil grandius ardet Olympo,  
Quid nisi grande suo fidus ab igne scrant ?

*Epigramma 12.*

**Amor Christi & Ioannis.**

**A D I O A N N E M.**

**A**bsentem puerum puer adspicit acrior Argo.  
Ac oculi radijs. traicit ille sinum.  
Teque animo tangit, tangi pede nescius infans.  
Sic duo corda pari pectore conflat Amor.

*Epigramma 13.*

**Puer puerο gratiam adspirat.**

**V**irgo salutat amans, Eos velut altera vatem,  
Inuida quem cæco supprimit umbra sinu.  
Siste tuas aurora rotas : præxit alter Eous ;  
Vnde puer pueri ducat ab ore iubar.  
Cui subitam præcox adspirat gratia lucem :  
Maturatque nouum lux inopina diem.  
Matri enim, puerique suāne liqueant labello,  
Quæ venit aura, sacras adflat vtrimeque faces.  
Quale decus ! gremio necdum caput extulit infans,  
Et sapit : ac cælum iam vix adulatus adit.

*Epigram-*